



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Controversia Vnica. An virtutes omnes tam supernaturales quam naturales
fuerint infusæ animæ Christi simul cum gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82325](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82325)

sunt virtutes omnes morales & theologales: nam intellectuales non absolute faciunt aut denominant bonum eas habentem, sed cum addito scilicet secundum intellectum. Cum autem duplices sint virtutes morales; quædam infusæ, de virtutibus absolute sermo est abstrahendo ab infusis & acquisitis. Et quoniam habens virtutes omnes infusas vere & excellenter dicitur habere omnes virtutes: ideo S. D. in cap. respondet quidem absolute de virtutibus, sed medio vitur probante virtutes omnes infusas in Christo fuisse. Quod occasionem præbuit Suarezio dicendi quætionem hic esse de virtutibus tantum infusis.

Forma Textus.

CONCLUSVS est: Christus habuit omnes virtutes. Probatur. Quanto aliquod principium est perfectius, tanto magis imprimit suos effectus: sed gratia ex qua virtutes omnes, vt ex principio deriuatur est in Christo perfectissima; ergo ex ipsa processerunt virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad omnes actus, quod est Christum habere omnes virtutes. Maior patet: Minor quo ad primam partem probatur; quia sicut gratia respicit essentiam animæ, ita virtus respicit potentiam eius, ergo sicut potentia animæ deriuatur ab eius essentia, ita virtutes sunt quædam deriuationes gratiæ. Antecedens patet ex prima secunda, q. 110. art. 2. & 3. Conseq. est euident. Altera vero pars minoris, videlicet Christi gratiæ esse perfectissimam, relinquatur vt nota ex articulo precedente, & magis patebit ex artic. 9. & sequentibus.

Expositio Textus.

VIDENDA sunt quæ circa sensum conclusionis & circa resp. argumen. D. Thom. scribunt hic Cai. Suar. & Aluar. in expositione Textus.

Controuersia Vnica.

An virtutes omnes tam supernaturales quam naturales fuerint infuse animæ Christi simul cum gratia.

Sententia
Doctorem.

VAL. puncto 3. tria dicit. Primum est virtutes omnes in Christo fuisse, exceptis iis quæ cum perfectione status beatifici non conueniunt. Secundum quod ex primo deducit, est in Christo non fuisse virtutem pœnitentiæ. Tertium est eorum opinionem merito falsam reputari, qui negant Christum vllas virtutes habuisse; sed tamen eam non esse intelligibilem; quia intelligi potest, quemadmodum diuinum Verbum sustentando hypostatice Christi animam, & cōsequenter etiam ipsius potentias, infinita sua potentia suppleat virtutum vim, ac præster illam facultatem recte & prompre operandi.

Suar. disp. 19. dicit quatuor. Primum est omnes virtutes morales supernaturales fuisse infusas animæ Christi simul cum gratia. Secundum est in Christo fuisse illum eundem habitum virtutis, qui in nobis est pœnitentiæ; quamuis in illo non habuerit rationem pœnitentiæ. Tertium est Christum Dominum habuisse virtutes morales suo genere acquisitas; & quidem perfectissimas in suo genere sine vlla imperfectione repugnante beatitudini. Quartum est istas virtutes fuisse animæ Christi infusas ab instanti suæ creationis, id est in summo quodam gradu perfectionis.

Med. dicit quinque. Primum est, in Christo fuisse plenitudinem virtutum; & quidem in gradu

heroico & perfectissimo. Secundum est conclusionem D. Thom. intelligendam esse, tam de virtutibus infusis quam acquisitis. Tertium est asserendum esse Christum ab instanti suæ conceptionis habuisse virtutes acquisitas infusas per accidens, vt esset perfectus in vtroque statu, scilicet gratiæ & naturæ. Quartum est, per actus virtutum in Christo auctas fuisse virtutes præexistentes; non autem de nouo productas. Quintum est, conclusionem D. Tho. intelligendam esse de virtutibus, quæ non repugnant statui beatifico, aut dignitati Verbi diuini; atque ideo in Christo non fuisse virtutem pœnitentiæ. Eandem sententiam, excepto quarto dicto, sequitur Aluar. super hoc art. & disp. 32.

Vasq. disp. 42. tria dicit. Primum est: Eas omnes virtutes Theologicas & morales per se infusas esse in Christo concedendas, quæ statui beatifico & vnioni hypostatice non repugnant. Secundum est, in Christo non esse virtutem pœnitentiæ. Tertium est, virtutes morales suapte natura acquisitas fuisse infusas per accidens Christo ab instanti suæ cōceptionis: prudentiam tamen suapte natura acquisitam non fuisse infusam per accidens, sed cum scientia decursu temporis per consultationem fuisse comparatam.

Astur. de Christi gratia, q. 1. pag. 74. & sequen. dicit sex. Primum est, in Christo fuisse eas omnes virtutes per se infusas, quæ statui beatifico & dignitati Verbi non repugnant. Secundum est, in Christo non fuisse virtutem pœnitentiæ, neque infusam neque acquisitam. Tertium est, virtutes morales suo genere acquisitas non processisse ex gratia Christi habituali per simplicem resultantiam, sicut effluxere virtutes morales per se infusæ. Quartum est, non esse improbabile, quod Christus acquisierit has morales virtutes, easque sibi studiofis actibus comparauerit. Quintum est, longe probabilius esse has morales virtutes Christo fuisse per accidens infusas in primo suæ Incarnationis instanti. Vltimum est, Christum Dominum accepisse per infusionem habitum prudentiæ suapte natura acquisitæ, qui est quædam habilitas intellectus practici ad recte iudicandum & præcipiendum voluntati ac reliquis humani suppositi potentiis circa vniuersas moralium omnium virtutum materias; non tamen accepisse speculatiues species infusas, quæ antecedenter ac præsuppositiue & essentialiter concurrunt ad prudentiale iudicium: sed huiusmodi species Christum ministerio intellectus agentis acquisiuisse; atque ideo practicum anime Christi intellectum iudicia practica moralia elicere minime potuisse, prius quā speculatiuis intellectus species intelligibiles sibi compararet, quæ versarentur circa harum virtutum obiecta.

Quidam recentiores viri doctissimi docent Christum virtutes naturales perfectissimas habuisse suis actibus acquisitas in ipso primo instanti conceptionis; non autem illi fuisse supernaturaliter infusas.

Haud facilis est propositæ Controuersiæ definitio, vt ex tanta relatarum opinionum diuersitate perspicue licet intueri: dicemus tamen cum diuini adiutorii confidentia, quid nobis magis probabile videatur: Ad cuius euidentiam

Notandum est primo, in quolibet habitu virtutis duo reperiri. Primum est efficientia actus ex eo procedentis. Secundum est denominatio subiecti per eum informati: est enim habitus cum potentia principium efficiens quo illius actus, qui a supposito producit vt principio quod media potentia per habitum perfecta. Et rursus ex habitu virtutis; vt forma accidentali potentia, & ani-

Resolutio.

efficientiæ habitus virtutis à Deo suppositi potest, non vero denominationem.

& animæ: ac proinde etiam totius suppositi denominatur suppositum ipsum, puta Petrus virtuosus. Et primum quidem scilicet efficientiam, certum est Deum suæ virtutis influxu potentiam animæ mouentem posse supplere. Primo: quia commune axioma Theologorum est: Id omne Deum efficere posse se solo, quod facit media secunda causa efficiente; sicut ergo Deus suæ virtutis influxu facere potest, ut corpus non calidum calefaciat, & calidum frigefaciat ita potest efficere, ut voluntas carens habitu iustitiæ producat actum iustitiæ non minus, sed multo magis perfectum, quam si operaretur ex habitu iustitiæ. Secundo virtus non ideo ponitur in potentia puta in voluntate, ut per eam voluntas substantiam actus possit elicere, sed ut prompte ac facile & cū delectatione valeat operari. Quem operandi modum potest Deus suæ virtutis influxu cōferre voluntati & appetitui sensitui. Secundum autem scilicet denominationis subiecti, quod studiosum à virtutis habitu denominatur, non ita Deo vim ad actus virtutis vndeque perfectos eliciendos conferente suppleretur, ut persona sic operans posset absolute studiosa nuncupari: hæc enim denominationis fieri potest solum à qualitate per modum habitus inherente, sed quadam ratione tantum dici posset ea denominatione tunc à Deo suppleri, quatenus scilicet homo sic à Deo motus ad producenda virtutis opera ex ipsis tantum virtutis operibus studiosus posset appellari. Sed quāquam secundum potentiam suam absolutā Deus id possit efficere, secundum potentiam tamen & legem ordinariam suauiter omnia disponentem, Deus nunquam hominem efficit studiosum, nisi per virtutis habitus illi superadditos.

Duplicem esse virtutem; alterā per se infusam, & alterā per se acquisitam per accidens autem infusam.

Secundo obseruandum est, 1. 2. q. 63. art. 2. 3. & 4. duplicem esse virtutem differentiam; quādam enim in nobis causantur ex assuetudine operum: & quādam nobis infunt per infusionem à Deo. Cuius differentia causam & modum distinctionis assignat ibi S. D. & eius expostores. Sed virtutes quæ ex genere suo ex actu & operum assuetudine causantur in nobis nonnunquam etiā ex singulari Dei largitate aut personæ statu vel munere per Dei providentiam illi demādato sic exigente, vna supernaturali simul infusione donantur aut certe donari possunt: sicut Adam, quia caput erat humani generis, communiter Doctores affirmant scientias omnes ac virtutes, quas homines successu temporis acquirunt infusas à Deo recepisse. Quod etiam de Salomone sacra testatur historia, quo ad scientias quas infusas per accidens appellant. Et eodem vocabulo nominantur etiā virtutes ordinis naturalis infusæ, quæ ab infusis per se distinguuntur, non ea ratione solum quod istæ suapte natura per solam infusionem habentur; illis vero naturalis sit modus per actum assuetudinem, & successu multi temporis comparari; sed etiam quia illæ, quæ per se dicuntur infusæ, ex gratia in anima recepta per simplicem & naturalem effluxum emanant: illæ vero quæ per accidens tantum sunt infusæ, per nouā & ab infusione gratiæ distinctā actionem infunduntur à Deo, quæ differentia sequitur euidenter ex præcedenti: si namq; simplici resultantia & naturaliter ex gratia promanarent, iam essent ex sui natura, ac proinde per se & non per accidens tantum infusæ, ut in alleg. q. pag. 78. notat Astur. de his omnibus autem virtutibus loquitur in hoc art. S. D.

Quid essentialiter, & formaliter, quidque per accidens,

Tertio sciendū est, virtutibus moralibus ex suo genere acquisibilibus per se, & essentialiter conuenire, ut appetitum sensituum disponant ad electiones in propriis earum materiis rationi cōsentaneas. in D. Thom. 3. partem.

A taneas & passiones eiusdem appetitus moderari, & si quæ fuerint exorbitantes, ad rationis medietatem eas reducere. Quod autem exorbitantes in appetitu passiones actu moderentur, accidit virtutibus, prout sunt in subiecto passionibus. immoderatis æstuant: exemplis res fiet perspicua: gratia per se conuenit animam iustificare, sed accidit illi ratione subiecti peccato subiacentis ut iustificatio peccatum excludat. Vnde primi parentes & Angeli, qui ante gratiæ infusionem nullū habuere peccatum, fuerunt absque deletionē culpæ iustificati, & virtutes in Adam passiones eius moderabantur, & appetitum eius sensituum disponebant ad electiones recte rationi conformes, absq; hoc quod passionum excessum, (qui nullus eius affectionibus inerat) amouerent.

Materialiter virtutibus conueniat acquisibilibus.

B Sed præterea distinguendum est in his virtutibus id quod est materiale, ab eo quod formale est; hoc enim essentialiter est, & secundum hoc manebunt virtutes in beatis post resurrectionem: illud autem accidentale est virtutibus & illis solū inest pro statu vitæ præsentis. De qua re videndus est S. Thom. in 12. qu. 67. art. 1. ubi docet rationis ordinem esse id, quod formale est in omnibus virtutibus, inclinationem autem quandam appetitiuæ partis ad passiones vel operationes secundum modum aliquem esse id, quod in eis est materiale, &c. Cum autem in eodem lib. q. 60. art. 2. dicitur virtutes morales versari circa passiones appetitus sensitui moderandas, intelligendum est de moderantia non secundum actum, sed secundum aptitudinem, per se & formaliter loquendo de virtutibus prædictis.

C Quarto considerandum est prudentiæ sedem esse in intellectu, ut ait S. D. in 1. 2. qu. 57. & q. 58. art. 4. & 2. q. 47. art. 1. & alibi sæpe. Cuius virtutis tres actus assignantur ab eodem S. D. ibidem art. 8. qui sunt consiliari de mediis ad finem, de eis iudicare, & demum præcipere id est applicare media consiliata & iudicata ad operandum: qui quidem actus sine speciebus esse non possunt; quæ media ad finem assequendum opportuna repræsentant. Ex quo sequitur euidenter improbabilem esse eorum opinionem, qui dicunt animam Christi Domini in primo conceptionis instanti prudentiæ habitum à Deo per infusionem accepisse: sed hunc habitum essentialiter nihil aliud esse, quam habilitatem quandam, & habitualement inclinationem intellectus practici ad recte iudicandum & efficaciter præcipiendum voluntati, ac reliquis humani suppositi potentiis circa vniuersas moralium omnium virtutum materias: species autem speculatrice antecedenter & præsuppositiue tantum, & non essentialiter concurrere ad prudentiale iudicium, & ideo non habuisse eas per infusionem: sed sibi per intellectus agentis ministeriū acquisiuisse; atque ideo humanum Christi practicum intellectum, licet prædictus esset omni virtute morali necessaria ad recta iudicia in materia omnium moralium virtutum ferenda, non tamē in actus iudicandi exire potuisset, priusquam speculatiuis intellectus intelligibiles sibi species cōpararet, quæ versarentur circa virtutum obiecta: Nam si de speciebus mere speculatiuis sit, loquatur hæc opinio, certum est eos ad actus prudentiæ nullo modo esse necessarios. Si vero de pertinentibus ad practicam cognitionem formaliter sermo sit, perspicuum est sine his consiliis, iudiciis, & præceptionibus elici minime posse; igitur impossibile est habilitatem illam sine speciebus infundi. Et confirmatur; quoniam ad habitum intellectualem tria necessario concurrunt, nimirum species intelligibiles ordinatæ, lumen

Constat opinio quādam conuenire in Christo habitum prudentiæ infusam ab initio sine speciebus.

intellectus & habilitas ad prompte faciliter ac A
delectabiliter considerandum, vt explicauimus
in prima parte, q. 5. 8. art. 1. & latissime de-
clarat ac probat Cai. in 1. 2. q. 54. art. 4. Igitur im-
possibile est habitum intellectualem, qualis est
habitus prudentiæ, infundi sine speciebus. Secū-
do; quia habilitas quam intellectui confert habi-
tus intellectualis, naturaliter sequitur ad species
ordinatas; ergo illis solum mediantibus informat
intellectum.

*Ex virtuti-
bus quasda
congruere
statui bea-
tifico. & di-
gnitati Ver-
bi, quasdam
autem alteri,
vel etiam
vtrique re-
pugnare.*

Quinto notandum est, ex virtutibus quasdam cō-
gruere statui beatifico & dignitati Verbi quas-
dam autem alteri, vel etiam vtrique repugnare. Charitas enim & quatuor virtutes Cardinales ne-
que statui beatifico, neque dignitati Verbi repu-
gnant: pœnitentia vero statui non est incongrua B
beatifico; cum in beatis inueniatur, vt ait S. D. in
4. s. dist. 14. q. 1. art. 3. q. 3. licet non secundum eun-
dem actum quem habuit in via: sed secundum al-
lium qui est gratiarum actio. Ait autem Astur. in
allegata q. 1. pag. 78. virtutē pœnitentiæ futuram in
omnibus beatis; etiam in iis, qui neque venialiter
peccauerunt, vt in B. Virgine: quod etiam sequi-
tur euidenter ex doctrina Suar. dist. 19. sect. 1. sed
de hoc alibi. Repugnat tamen hæc virtus digni-
tati Christi, cui ab intrinseco, nempe ex vi vni-
onis hypostaticæ repugnat peccare, ac proinde et-
iam pœnitere. Cōtinentia vero, quia virtus pro-
prie non est; sed aliquid minus virtute, vt hic ait
S. D. ad 3. & prauas secum patitur concupiscen-
tias, vtrique dictorum repugnat statui beatifico
& dignitati Christi: Fides autē & spes; licet vni-
oni hypostaticæ non repugnent: statui tamen non
congruunt beatifico, vt in sequentibus articulis
probat S. Tho. De aliis autem virtutibus, quæ pe-
culiarem videntur habere difficultatem, dicemus
in argumentis & eorum responsionibus.

*Inter scien-
tias, ac vir-
tutes tres
esse conue-
nientias, &
totidem dif-
ferentias.*

Sexto sciendum est, inter scientias & virtutes mor-
tales esse triplicem conuenientiam, & triplicem
differentiam. Prima conuenientia est, quod sicut du-
plex est scientiarum ordo, scilicet earum, quæ sunt
infuse per se, & earum, quæ sunt infuse per acci-
dens, sic & virtutum, vt patet ex dictis. Secunda
conuenientia est, quod sicut scientiæ species exigunt
rerum representatiuas, sic & virtutes morales; nā
quæ sunt in intellectu, vt prudentia, synesis &
gnome; non minus quam scientiæ, species inclu-
dunt aut proximæ & necessario supponunt; quæ
vero sunt in appetitu; cum notitiam præsuppo-
nant intellectus, & ex ea veluti ex causa licet per
se minime sufficienti, procedant, species etiam
supponunt in intellectu. Et quia species rerum re-
presentatiuæ vtrique; deseruiunt cognitioni s. pra-
cticæ & speculatiuæ; quia secundum Aristotelem
intellectus speculatiuus extensione sit practicus,
nec differt essentialiter scientiæ & cognitio specu-
latiua à scientiæ & cognitione practica, nisi in
modo considerandi, vt ostendimus in 1. p. q. 1. art.
4. ideo conueniunt tertio scientiæ & virtutes mora-
les intellectuales, quod species vtriusque deserui-
tes simul acquiruntur aut simul infunduntur.

Prima differentia est, quod scientiæ eas habentem
non faciunt nec denominant absolute bo-
num: atque ideo nec earum defectus denominat
subiectum absolute malum aut imperfectum. At
virtutes morales bonum faciunt habetē & bo-
num absolute denominant, ac proinde defectus
earum ex suo genere, & per se loquendo magna
imperfectio est, denominans subiectum absolute
malum; dixit autem ex suo genere & per se loquen-
do; quia ratione talis suppositi, cui ab intrinseco
repugnat peccatum & vitium, & cuius anima
donis omnibus gratiæ perfectissimo ac virtuti-

bus per se infusus immobiliter est exornata, nulla
videtur esse imperfectio si virtutes ex suo genere
acquisibiles non habeat à principiorum sed eas iuxta
modum humanæ naturæ, & virtutibus ipsis con-
uenientem acquirat. Secunda differentia est; quod
si scientia per se acquisita fuisset infusa per acci-
dens animæ Christi, frustra fuisset in eo intelle-
ctus agens; quia propria careret operatione, quæ
est facere species intelligibiles actu, abstrahendo
eas à phantasmatibus, vt ait S. D. infra quest. 9. art.
4. At posita moralium virtutum infusione per
accidens adhuc potentiæ animæ Christi Domini
in proprias exire possent operationes illis pro-
portionatas circa dictarum virtutum obiecta: re-
iusdem enim speciei est operatio quam ante ha-
bitum acquisitum elicit per quam habitum ipsum
acquirat, cum ea quam elicit per habitum virtutis
acquisitum, & differt solum sicut minus perfecta
à perfectiori.

Tertia differentia est; quod scientia regulariter &
ex genere suo multo facilius & citius per actus a-
nimæ potest acquiri, quam virtus moralis; quia v-
nicus assensus demonstratæ conclusionis, qui so-
lus est scientificus, intellectum plene conuenit;
& ideo potest in eo scientiam generare: Virtus au-
tem moralis non ex vnico actu, sed ex multipli-
catis actibus est comparanda. Differentiam hanc
constituit & probat S. D. in 1. 2. q. 51. art. 3. Et Con-
radus ibidem. Cuius etiam differentia specialis ra-
tio potest assignari: quoniam, vt ait S. D. in 1. 2.
q. 58. art. 4. & 5. Virtutes omnes morales sunt ne-
cessario connexæ: adeo vt vna sine aliarum con-
sortio non sit vere ac simpliciter in statu virtutis;
igitur longo studio forum actuum exercitio quæ-
libet virtus est homini comparanda, eo quod mu-
tuas & alternatas multorum generum operatio-
nes ad morales virtutes ducentes requirat: Scien-
tiæ vero connexionem non habent; sed quælibet
absque alia seorsum potest acquiri, nisi vna fuerit
alteri subalternata, Dixi regulariter & ex genere suo,
virtutem moralem non ita facile, aut aque cito, sicut scien-
tia, posse comparari: quoniam in potentia non ha-
bente inclinationem virtuti contrariam per pra-
uos habitus, aut propter vulnera ignorantie, ma-
licie, concupiscentiæ & infirmitatis poterit virtus
ex vnico actu intento pluribus remissis sæpe re-
petitis & quialenti generari, vt colligit ex D. Th.
Conradus in 1. 2. quest. 51. art. 3. in fine, & probatur
etiam argumento secundo eiusdem S. D. in illo
art. Nam sicut contingit actus crescere per multi-
plicationem, ita contingit actum crescere per in-
tensionem; sed multiplicatis actibus generatur
habitus; ergo si multum intendatur vnus actus,
poterit esse causa generatiua habitus: Vbi Conra-
dus ait, consequens verum esse in potentia quæ
nō habet contrariam dispositionem, & vbi actus
est adeo intensus vt vincat passiuum. Ex quibus
sic possumus argumentari: Virtus, vt ait ibi S. D.
generatur ab actibus quatenus ab illis vt actiuis
fortioribus vincitur potentia passiuæ voluntatis
& appetitus sensitiui aut etiam intellectus, & sub-
lata eorum indifferentia determinatur ad vnum
ad modum naturæ; at possibile est dari vnum a-
ctum adeo intensum & efficacem, vt vincat præ-
dictam potentiam, & determinet eius indifferen-
tiam; ergo.

Septimo notandum est præcipuos virtutum actus
esse interiores electiones, vt manifeste significat
hic S. D. ad 3. Vbi docet, nobilissimum actum ma-
gnificentie & liberalitatis esse contemptum di-
uitiarum. Quod etiam expresse docet 1. 2. quest.
20. art. 1. & seq. & 2. 2. quest. 134. art. 2. ad secundum, &
alibi sæpe.

Ostano

Octavo notandum est, posse intellectum & voluntatem plures actus simul ad vnum ordinatos elicere. Et de intellectu quidem id affirmant Caiet. p. 1. q. 12. art. 10. & q. 58. art. 2. & Ferr. in 1. cont. gent. cap. 55. & lib. 2. cap. ult. De voluntate autem idem significat S. D. 1. 2. q. 12. art. 3. dicens posse aliquem plura simul intendere, pluribus scilicet actibus ad vnum finem principalem ordinatis; quod enim in suo genere cōuenit intellectui, id etiam in suo genere recte tribuitur voluntati.

Christum dominum virtutes omnes acquiribiles non in primo conceptionis instanti, sed breui tempore & simul sibi comparasse.

Nono sciendum est ex D. Thom. *infra* q. 19. art. 3. nobiliter esse habere aliquod bonum per se, quā illud habere per aliud; quia causa per se potior est, quæ est per aliud: ut ait Philoſophus in 8. *Phys. text.* 39. Dicitur autem aliquis id habere per se ipsum, cuius est aliquo modo causa. Cum igitur B omnis perfectio & nobilitas sit Christo Domino tribuenda: consequens est ut illud omne bonum sibi acquireret anima Christi, cuius carentia non magis dignitati & perfectioni Christi præiudicaret, quam illi per acquisitionem accrescat, ut ibidem ait S. D. Est autem longe maior dignitas & perfectio virtutes naturaliter acquiribiles habere modo connaturali, scilicet per acquisitionem quam sit præiudicium, quod ex earum carentia ad breue tempus Christus quatenus homo, possit incur-
rere. Quod probatur ex simili: nam ideo Christus scientias naturaliter acquiribiles debuit habere per acquisitionem; quia simpliciter melius erat eis ad breue tempus carere, & eas virtute luminis agentis & discursu rationis sibi comparare, ut eas haberet modo connaturali (ne otiosum esset in eo lumen ac vis intellectus agentis) quam ab initio conceptionis infusus habere per accidens: at animæ Christi secundum potentiam intellectiua & appetitiua virtus inest naturalis ad acquirendas virtutes morales ad ordinem naturalem pertinentes; igitur melius erat eis ad breue tempus carere, & eas propriis actionibus acquirere, ut eas haberet modo connaturali, quam eas per infusionem à Deo in primo conceptionis instanti recipere. Et confirmatur; quia anima Christi in primo Incarnationis instanti, sicut scientiam habuit ex suo genere infusam à Deo, ita virtutibus omnibus, quas per se infusus appellat, perfectissime fuit exornata; & ex vniione etiam hypostatica cū verbo erat impeccabilis; igitur nullus erat in ea defectus aut imperfectio carere ad breue tempus virtutibus ex genere suo acquisitis, ut eas haberet modo connaturali, propriis scilicet actibus eas sibi comparando. Ex dictis sequitur primo Christū Dominum, virtutes naturales propriis actibus nō acquisiuisse in primo conceptionis instanti, ut asserunt Doctores vltimo loco relati; quia tunc anima Christi, vel nullas vel saltem non in eo cumulo videtur habuisse species acquisitas, quæ virtutibus omnibus moralibus acquirendis videntur esse necessariae: alioquin dicendum esset etiā in illo instanti scientias omnes naturaliter acquiribiles sibi comparasse: cuius oppositum habetur ex Euangelio Luc. 2. in illis Verbis: *Iesus autem proficiebat sapientia & ætate*: quod de sapientia humana intelligendum esse docet Ambrosius lib. de Incarnationis Dominice Sacramento, cap. 7. ex D. Tho. *infra* q. 12. art. 2. Secundo sequitur, Christum eo temporis momento sibi virtutes omnes naturaliter acquiribiles comparasse, quo specierum omnium intelligibilium cumulus ad virtutum omnium acquisitionem fuit in eius intellectu completus; quod breui tempore factum esse crediderim; quia longe pauciores sufficiunt species virtutibus acquirendis, quam scientiis: multi namque sunt scientiarum ignari, qui tamen sunt virtuti-

Naz. in D. Thom. 3. partem.

bus præditi. Tercio sequitur. Christum post dictarum specierum acquisitionem, in vno duntaxat instanti propriis actionibus virtutes omnes naturaliter acquiribiles sibi comparasse. Probatur; quoniam habito sufficienti & necessario specierum numero potuit anima Christi in vno instanti simul habere actus, & electiones circa materias omnium virtutum adeo intensas, ut quilibet actus & electio multiplicatis actibus & electionibus generationi virtutum sufficientibus æquivaleret, & potentiam vinceret ac eius indifferentiam determinaret.

Postremo obseruanda est doctrina D. Thom. in respons. ad 3. Vbi duo dicit. Primum est habitum heroicum vel diuinum nō differre (scilicet specie) à virtute communiter dicta, nisi secundum perfectiorē modum: quatenus scilicet aliquis ad actus virtutum est dispositus quodam altiori modo, quam communiter omnibus competat. Secundum est, Christum habuisse virtutes heroicas; eo quod habuerit virtutes perfectissime ultra communem modum.

Virtutes Christi Theologales & morales esse exemplares respectu nostrarum nō analogice & per se, sed vniuocè & per accidens.

Ex quo sequitur, virtutes Christi theologales & morales esse exemplares respectu nostrarum, non quidem analogice & per se, sed vniuocè & per accidens. Dico primo eas esse exemplares respectu nostrarum; quia id quod est perfectissimum in vnoquoque genere, & ad cuius imitationem fiunt alia sub eodem genere comprehensa, est eorum exemplar: at Christi virtutes sunt omnium perfectissimæ: & ad imitationem earum formantur nostrarū virtutum actus & habitus; ergo sunt nostrarum virtutum exemplaria. Quod etiam affirmat Leo Papa *serm.* 1. & 8. de Natiuitate, & *serm.* 2. de Resurrectione. Greg. lib. 1. Cura Past. cap. 3. August. *serm.* 8. & 17. de Tempore, & *Epist.* 120. cap. 4. & lib. 5. contra Donat. cap. 24. Ambrosius in Psalm. 118. *serm.* 8. & lib. 3. de Fide cap. 4. & in comm. prima ad Cor. 4. in fine, & Basil. Hom. 8. exam. & lib. de vita Solitaria, cap. 1. Quod etiam significat Apost. 1. Corinth. 15. dicens *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem celestis*, id est obedientiam deductam & formatam ad similitudinem obedientiæ Christi: ut ibidem ait glossa; igitur obedientia Christi est exemplaris respectu nostræ. Et Christus Dominus Ioan. 13. dixit: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos facitis*. Quæ verba exponens ibi S. D. ait: *Attende, quod satis conuenienter Filius Dei est nobis in exemplum virtutum: ipse enim est ars Patris, ut sicut fuit exemplar creationis, esset etiam exemplar iustificationis*. Secundo dico virtutes Christi esse nostrarum exemplares, non analogice, sed vniuocè; quod dictum sequitur euidenter ex duobus dictis S. Doct. supra notatis in responsione ad tertium. Si namque Christi virtutes sunt heroicæ, & virtus heroica non differt specie à virtute communiter dicta: consequens est, ut Christi virtutes non sint nostrarum exemplares analogice sed vniuocè, id est non ut virtutes altioris ordinis, quales sunt virtutes Dei & Angelorum respectu virtutum humanarum: ut ait S. Doct. prima secunda, quæst. 61. art. 5. sed ut eiusdem generis, solo modo perfectionis ab eis differentes. Tercio dico non esse exemplares per se, sed per accidens ob eandem causam: quia cum non sint altioris ordinis, sed sint eiusdem rationis cum nostris, non possunt esse per se causa nostrarum: ac proinde nec esse possunt eorum exemplaria per se, sed tantum per accidens: quoniam ut ait S. Tho. 1. q. 104. art. 1. *Si aliqua duo sunt eiusdem speciei, vnum non potest esse per se causa forme alterius, in quantum est talis forma; quia sic esset causa propria forme, cum sit eadem ratio vtriusque, sed potest esse causa eiusmodi forme, secundum quod est in materia, id est, quod hac materia*

Ee 3 acqui-

acquirat hanc formam. Vbi Cai. ait consequentiam hanc fundari super illo communi principio: videlicet. Causa per se alicuius causat illud in quocumque inuenitur; quod intelligitur (inquit) de causa per se primo alicuius; ita ut perfectas seu primas se teneat ex parte vtriusque, scilicet tam causae quam effectus, &c. Cum itaque virtutes Christi non sint causae virtutum in quibusque suppositis; quia sic etiam se ipsas causarent: consequens est, ut non sint virtutum nostrarum exemplaria per se, sed tantum per accidens ratione perfectionis individualis; quo modo etiam gratia Christi est exemplaris respectu nostrae, ut ait S. D. in 4. s. dist. 5. q. 2. art. 2. in c. & ad 1. & infra q. 64. art. 5. ad 1. & Cai. q. seq. art. 1. s. scito tertio.

Conclusio
nis deducitur
a. & probatur.

Prima concl. Christus ut homo in primo conceptionis instanti eas omnes virtutes accepit, quae ex genere suo dicuntur infusae, & quae eius perfectioni, quatenus erat Deus & homo, & simul viator & comprehensor, non repugnant. Probatur primo; quia virtutes istae gratiam consequuntur; sed hanc Christus ut homo perfectissimam accepit in primo suae conceptionis instanti, ut patet ex art. praec. ergo. Secundo virtutes non repugnantes subiecto sunt inter se connexae, ita ut qui unam habet, ceteras etiam habeat, ut supra diximus ex D. Tho. 12. q. 65. art. 1. at Sacrae litterae docent Christum multas habuisse virtutes; igitur habuit omnes eius perfectioni non repugnantes. Minor probatur; quia ad Philip. 2. & ad Hebr. 5. dicitur Christum fuisse Deo obedientem, & Ioan. 11. & 13. & ad Ephes. 3. dicitur habuisse dilectionem & charitatem, & Matth. 11. dicitur fuisse mansuetus & humilis & 2. ad Thimoth. 3. & 1. ad Timoth. 1. Tertio probatur conclusio testimonio Sanctorum: nam ita docent Cyrill. lib. 1. in Ioan. c. 19. & lib. 9. c. 24. Basil. in illud Psal. 43. Vixit te Deus. Hieronym. in illud Isaia. 4. Haec dicit Dominus. Greg. lib. 29. Moral. cap. 18. vel 20. Iren. cap. 19. Dionys. Alex. in Epist. contra Paulum Samosatenum, & Tertul. contra Iudeos. ca. 9. nu. 119. & lib. 3. contra Martionem, cap. 17. Quarto, id optime probat ratio S. D. in c. praesentis art. Eandem concl. probat Magister Por. in appendice multis diuinæ scripturae testimoniis.

Secunda conclusio. In Christo fuerunt virtutes omnes ex suo genere acquisite quae non repugnant eius perfectioni. Probatur primo. Quia debuit intellectus animae Christi perfici non solum per scientiam infusam, sed etiam per acquisitam; quia est perfectio connaturalis illius, & non repugnat vnioni aut beatitudini: at virtutes praedictae sunt perfectiones connaturales voluntati & appetitui sensitui, & non repugnant vnioni aut beatitudini Christi, ut ait S. D. 1. 2. q. 67. art. 1. ergo debuit his perfici voluntas & appetitus Christi sensitui, ut connaturalibus ac sibi debitis perfectionibus. Probatur & explicatur consequentia; quia sicut in intellectu Christi consideramus, quasi duas potentias, alteram illi convenientem secundum rationem propriae speciei; & alteram quatenus analogice conuenit cum Deo & Angelis in gradu intellectiuo, & vtramque potentiam dicimus perfectione sibi quasi connaturali ac debita debuisse compleri: & ideo in intellectu Christi ponimus, non solum scientiam per se infusam quae est supernaturalis; sed etiam acquisitam quae est ordinis naturalis, ut per has vtramque intellectus Christi potentia compleatur, ita possumus in voluntate & appetitu Christi Domini duas quasi potentias considerare: alteram in ordine ad actus & habitus naturaliter acquisibiles; alteram in ordine ad actus & habitus supernaturales; igitur quemadmodum asserimus potentiam hanc posteriorem

A per habitus virtutum supernaturales, ac supernaturaliter infusos fuisse perfectam, sic affirmare debemus priorem potentiam per habitus ordinis naturalis, & naturaliter acquisitos fuisse completam. Pro eadem conclusione faciunt dicta scripturarum & Sanctorum supra notata pro prima conclusione.

Tertia conclusio. Virtutes omnes tam infusae quam acquisite in Christo fuerunt heroicae, & exemplares modo superius explicato. Haec patet ex dictis.

Quarta conclusio. Christus habuit virtutes omnes naturaliter acquisibiles non a Deo supernaturaliter infusas, sed suis actibus acquiras. Haec patet ex dictis & praeteritum ex nouo fundamento supra posito. Sed ait

Valquez
dictum con-
fatur.

B Vasq. virtutes omnes morales fuisse Christo ab initio suae conceptionis infusas per accidens, vna excepta prudentia, quam Christus decursu temporis per consultationem sibi comparauit, & interim eius vices gessisse scientiam infusam Christi. Quod dictum praeterquam quod aduersatur expresse doctrinae S. Thom. dicentis in 1. 2. q. 65. art. 1. virtutes omnes in prudentia esse connexas; falsum etiam esse probatur quoad vltimam eius partem his argumentis. Nam primo sequeretur Christum nunquam acquisivisse prudentiam naturalem: haec enim acquiritur per actus illi similes & eandem obiecti specificam rationem habentes: sed actus scientiae Christi infusae, quos ait Valq. gessisse vices prudentiae naturalis, ex quibus etiam debebat generari prudentia naturalis, sunt supernaturales, sunt habentes diuersam rationem specificam obiecti, quomodo etiam differunt scientia per se infusa & prudentia naturalis; ergo per illos nunquam Christus acquireret prudentiam naturalem. Secundo: Prudentia quia virtus moralis est residens in intellectu ut moto ab appetitu, tendit ad sua obiecta sub ratione veri & boni, ut explicat Cai. 2. 2. q. 47. art. 5. & supponit rectum appetitum finium virtutum moralium, & eius praecipuus actus est praecipio, ut ait S. D. ibidem art. 8. sed scientia infusa non habet istas condiciones; ergo non potest supplere vices prudentiae naturalis. Minor quo ad primam partem probatur; quia scientia infusa licet sit non solum speculativa sed etiam practica; non tamen fertur in obiectum suum sub ratione boni; sed tantum sub ratione veri, nec est virtus moralis: & ideo si talis scientia poneretur in peccatore, qui crimen committeret homicidii vel furti, non esset hoc peccatum magis contra scientiam infusam, quam sit modo furtum cognitioni fidei contrarium; & sicut fides & Theologia non est praecipio, licet illa scientia. Quo ad vltimam vero partem probatur eadem minor; quia talis scientia non est in intellectu ut moto a voluntate recta circa fines omnium virtutum, sicut nec fides aut Theologia, cum possit esse in homine peccatore; ergo non est bene praecipio, sicut prudentia. Probatur consequentia; quia bonum praecipio intellectus supponit bonum appetitum finis, ut patet ex allegata q. 47. in 2. 2. Postremo si aliqua supernaturalis cognitio deberet in Christo supplere vices prudentiae naturalis, multo commodius & excellentius suppleret eas infusa prudentia aut donum consilij per quod Christus habuit plenitudinem prudentiae, ut ait S. D. infra q. 11. art. ad 3. Haec enim quamquam sint ordinis supernaturalis, longe maiorem habent convenientiam quam prudentia naturalis, quam scientia infusa, quae etiam ad ordinem pertinet supernaturalem.

Quinta conclusio. Christus non in primo instanti suae conceptionis, sed post aliquod breue tempus a naturae virtutes omnes naturales simul acquisiuit. Haec conclusio patet

ex.

ex dictis, neque plures aut efficaciores exigit probationes.

ULTIMA CONCL. In Christo non fuit virtus penitentia, neque continentia eo modo sumpta, quo de ea loquitur Arist. in 7. Ethic. c. 9. Prima pars est D. Thom. infra qu. 84. art. 7. ad 4. Et in 3. dist. 13. qu. 1. art. 2. qu. 1. ad 1. & expr. suis in 4. dist. 14. q. 1. a. 3. q. 3. ad 2. & dist. 22. q. 2. art. 2. q. 3. ad 3. est & communis opinio Doctorum in 4. dist. 14. Quæ probatur etiam: quia penitentia non potest esse nisi de peccatis propriis, sed Christus peccare non potuit: ergo. Maior est Aug. lib. 15. de Civit. Dei, cap. 25. & in Psal. 131. & Hilari. Psal. 2. Greg. Homil. 34. in Euang. Properi, Fulgentii & aliorum, quos refert Marcellus in 4. dist. 14. qu. 10. art. 1. ad secundum: quia penitentia & verecundia sunt de eodem actu, quem penitentia respicit ut præteritum: verecundia vero ut præsentem: at verecundia est de proprio actu malo: Vbi observandum est, materiam penitentia, prout etiam ad beatos extenditur, non esse solum peccata actu commissa, sed etiam committi possibilia. ut ait S. D. in 4. dist. 14. quest. 1. art. 3. qu. 2. Et quia Christus nec actu peccavit, nec peccare potuit: ideo non fuit in eo penitentia, qua ratione videtur S. D. ibidem quest. 3. ad 2. Et ex his patet doctrinam Suar. dist. 19. sect. 1. de ratione formalis penitentia esse diversam à sententia D. Thom. & ideo mirum non est, si ab eo etiam in proposita conditione discorder.

Secunda vero pars concl. est D. Tho. hic ad tertium, quem declarat Suar. in Com.

CONTRA primam concl. sunt argum. quæ afferunt hic & solvunt S. D. & Med.

CONTRA secundam concl. produci possunt duo argumenta: Primum est: Christus non habuit iustitiam vindicativam, neque eutrapeliam, neque magnanimitatem: ergo. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia Chrysostomus Hom. 5. operis imperfecti in Matth. ait, Christum sustinuisse iniurias, non petisse vindictam: quia Match. 5. docuit remittere non vindicare iniurias. Quo ad secundam vero partem probatur: quia hæc virtus versatur circa iocos siue ludos, ut ex Arist. Cicerone & aliis docet S. Thom. in 2. 2. quest. 168. art. 2. Christus autem nunquam habuit actum ioculorum quo illam acquirit: ergo. Demum quo ad ultimam partem probatur: quia magnanimitas est virtus contraria alteri viri uti inordinata, quam nonnulli vocant philotimiam, qua tendimus ad parvos honores: De qua S. D. agit in 1. 2. q. 60. art. 1. & 2. 2. q. 129. art. 2. & 130. art. 2. ad 2. sed virtutes contrariae nequeunt esse in eodem: ergo altera ex istis defuit Christo: confirmatur: quia Christus in operibus suis tendebat ad magna, & reddebat se dignum magnis honoribus: ergo suis actibus non potuit acquirere virtutem tendentem ad parvos honores. Resp. falsum esse anteced. quo ad omnes partes. Ad probationem primæ partis dico iustitiam vindicativam duos actus habere. Primus est petere à legitimo iudice ultionem peccati, quatenus peccatum redundat in offensam Dei, & quatenus ultio conducit ad observantiam legis & conservacionem iustitiæ, & non propter odium peccantis. Secundus actus est iniurias suas vel Dei defendendo propulsare, ut ait S. D. in 2. 2. quest. 108. art. 1. & 2. Quos actus habuit Christus: Primum quidem, quando Ioannis 8. petiit adulteram lapidari, dicens: Qui sine peccato est vestrum primum in eam lapidem mittat. Quod etiam ibidem intellexit Aug. nam tract. 33. in Ioan. ait, Christum in eo actu iustitiam observasse: quod de vindicativa necessario intelligendum est: quia petebat ut legitime puniretur peccatrix propter antiquæ legis observantiam. Se-

cundum autem actum habuit quando sibi convitiant, quod Dæmonium haberet, propulsavit iniuriam dicens: Ego Dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Vbi Theophil. ait, Christum honorificasse Patrem eum ulciscendo. Et Chrysost. Hom. 54. in Ioan. ait, Christum ibi iniurias Dei vindicasse: quod etiam opere fecisse videtur Ioannis 2. Vbi facto ex funiculis flagello eiecit de templo vendentes & ementes: dictum autem Chrysost. in argumento relatum intelligitur de vindicta pro iniuriis in eum commissis, quatenus erat homo: & eodem modo vindictam nobis inhibuit, quatenus scilicet ea propulsantur iniuriæ contra nos ut priuatas personas; Vel intelligitur præceptum Domini secundum animi præparationem, ut scilicet desistamus etiam à iusta vindicatione si oportuerit pro honore Dei: ut ait Aug. lib. 1. de serm. Domini in monte, c. 34. 35. & 36. Ad probationem vero secundæ partis antecedentis, dico, Christum acquisivisse virtutem Eutrapeliæ per actum interiorem, quo elegit iocos sub conditione, scilicet si illi cõpeterent, quos tamen nunquam admisit: quia nimirum illum de rebus magnis agentem dedebant: propter quod S. D. & Cai. 2. 2. q. 168. art. 2. docent peccare prædicatores illos, qui ridicula admiscunt euangelicæ prædicationi. Ad probationem postremæ partis dico, falsum esse antecedens: quoniam, ut ait S. D. 2. 2. q. 101. a. 4. nulla virtus est alteri contraria: nam, ut ait Arist. in cap. de oppositis, bonum non est contrarium bono: atque ideo propensio magnanimitatis, qua quis quando & sicut oportet tendit ad magna, & inclinatio philotimæ non sunt inter se contrariae & possunt esse in eodem: sed oppositionem habent tendere ad magnos honores, quando oportet tendere ad parvos, & è contra. Quod idem dicendum est de magnificencia & liberalitate ad invicem comparatis. Ad confirm. dico in operibus Christi duplicem dignitatem & rationem meriti considerari: alteram personalem quatenus sunt opera divinæ personæ: & ita meritum habent infinitum & illis debentur maximi honores: alteram omnino intrinsecam siue obiectivam, quæ attenditur in ordine ad propria singularum operationum obiecta: & ex hac parte seu ratione meritum non habent infinitum, nec est necesse illis deberi magnos honores: quia sicut poterat assumere naturam humanam sine gratia & virtutibus, ita facere poterat opera talis ac tantæ bonitatis moralis & obiectivæ, ut eis ex hac parte parvi tantum honores deberentur: quos etiam appetere poterat, si sibi congruerent: hoc vero satis est ut virtutem illam philotimæ Christus potuerit sibi comparare, tametsi nunquam peream esse operaturus.

Secundum argum. est: Virtutes morales acquisitivæ non sunt Christo necessariae, neque ad frenandas passiones immoderatas appetitus, neque ut ipsam appetitum inclinent in bonum: ergo tales virtutes nulla ratione ponendæ sunt in Christo. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia in Christo non potuerunt esse tales passiones, ut ait S. D. infra q. 15. ar. 2. Cum in eo non fuerit fomes peccati. Quo ad secundam vero partem probatur, quia appetitus hominis secundum se inclinatur ad obediendum rationi, & ad bonum sui subiecti: ergo non eget virtute illum inclinante ad tale bonum: probatur sequela quoniam ideo non ponitur in voluntate virtus eam inclinans ad bonum naturale sui subiecti: quia ipsa naturaliter inclinatur ad illud magis, quàm per virtutem possit inclinari. Resp. Virtutes istas fuisse Christo necessarias siue convenientes, ut eius appetitum sensitivum rationi subditum inclinarent ad obiectivam

Et 4 boni

Sunt 7 ii o-
p-10 resci-
tur.

Argumen-
ta, q-10 so-
lutiones.
Obi. cont.
2. concl.

Conf.

Solut.

ad conf.

Obi. 2.

Solut.

boni rationem determinatam, ad quam non est A
 talis appetitus secundum se determinatus, sicut
 voluntas ex se naturaliter ac determinate inclinat
 in bonum proprium, & in Deum ut authorem
 naturæ. Quæ admodum igitur intellectus etiam
 in natura integra consideratus, licet ex se natura
 liter inclinetur ad verum, eget tamen speciali vir
 tute intellectuali, ut determinate inclinetur ad
 speciales veritates alicuius specialis obiecti, sic &
 appetitus Christi quamvis naturaliter inclinaretur
 ad obsequendum rationi, indiguit tamen vir
 tute cum determinante modo iam dicto. His ad
 de virtutem nonnunquam addi potentia ad per
 fectendam eius inclinationem, ut debito modo
 tendat in obiectum; ut de iustitia vindictiua affir
 mat S. D. 2. 2. q. 103. a. 1.

Obi. 1. cont.
 3. concl.

CONTRA tertiam concl. sunt duo argum. *Primum*
 est: Christi gratia est eiusdem speciei cum nostra,
 & perfectior illa, & non est exemplar illius: ergo
 neque virtutes Christi sunt exemplaria nostræ.
 Antecedens probatur: quia si gratia Christi esset
 exemplar nostræ, nos per gratiam assimilaremur
 Deo immediate: quam ob causam S. D. in 1. 2. qu.
 112. art. 1. probat solum Deum esse causam gratiæ:
 quia gratia est similitudo Deitatis, quam nullus
 nisi Deus potest causare. *Resp.* falsum esse antecede
 nam S. D. in 4. dist. 5. qu. 2. art. 2. qu. 2. in c. & ad pri
 mum & infra quæst. 64. art. 5. ad primum, & Cai. quæst.
 seq. art. 1. §. scito tertio, docent gratiam Christi esse
 exemplarem respectu nostræ, & per hanc no. illi
 assimilari: Deus autem gratiam principaliter pro
 ducendo animam efficit principaliter sibi simi
 lem. Et hoc modo intelligendus est S. D. in 1. 2. sed
 cum hoc Christi gratia exemplar est nostræ, qua
 tenus causat illam meritorie & instructionaliter.
 Vel dicas primum exemplar gratiæ nostræ diu
 nam esse naturam, proximum autem esse gratiam
 Christi. *Secundum* est: Omnis operatio Christi fuit
 perfectissima: ergo procedebat ex intentione finis
 supernaturalis, & à ratione regulata supernaturali
 regula: ergo omnis operatio moralis Christi
 procedebat à virtutibus infusis & non ab acqui
 sitis. Probatur ultima consequentia: Quia virtus
 moralis acquisita nequit, saltem immediate, sub
 ordine supernaturalis finis operari: Quia per se
 primo respicit finem naturali rationi & ordini pro
 portionatum, quo precipue differt à morali virtu
 te, quæ per se infusa nuncupatur, quæ supernatura
 lem finem per se primo attendit. *Resp.* nullam esse
 ultimam conseq. quia licet omnis operatio Chri
 sti produceretur ex intentione finis supernatura
 lis: potuit tamen sub hac intentione uti virtutibus
 acquisitis: ita ut operatio proxime & immediate
 referretur in finem naturale in: mediate vero & ex
 trinseca relatione in finem supernaturalem: Vnde
 ad consequens primæ consequentiæ dico, illud ef
 fe verum de regulatione tantum extrinseca: non
 autem de intrinseca.

Obi. 2.

CONTRA quartam concl. argum. Suar. quia E
 Christus à principio habuit omnem perfectionem
 vñioni debitam: Cuius carentia redemptioni ne
 cessaria non erat: at hæc perfectio debita erat hu
 manæ Christi naturæ ratione vñionis, neque ne
 cessarium erat, ut aliquo tempore ea careret ad fi
 nem redemptionis aut ad aliquem alium finem:
 ergo istæ virtutes infusæ fuerunt animæ Christi ab
 instanti suæ creationis. *Confirmatur primo:* quia Ad
 fuerunt infusæ hæc virtutes à principio creationis:
 ergo multo magis Christo. *Confirmatur secundo:*
 quia Christus habuit à principio omnes affectus
 optime dispositos & moderatos & rectæ rationi

Obi. 1. cont.
 4. concl.

subiectos, & optimo modo scilicet per internam
 affectionem & dispositionem, *Resp.* Christum sim
 pliciter loquendo habuisse omnem perfectionem
 vñioni debitam secundum modum humanæ na
 turæ, & perfectioni illi debitæ convenientem: mo
 dus autem convenientis tam humanitati quam vir
 tutibus ex suo genere acquisibilibus est, ut habe
 antur per acquisitionem & non per infusionem,
 ut supra dictum est: & ideo virtutum naturalium
 perfectio non erat humanitati Christi debita pro
 primo instanti conceptionis: quia tunc ut osten
 dimus acquiri non poterat: & licet talis perfectio
 nis carentia non esset redemptioni necessaria: erat
 tamen convenientis pro illo runcipis virtutibus &
 humanitati: è contra vero præsentia virtutum na
 turalium, neque erat in eo instanti redemptioni
 necessaria, neque humanitati aut ipsis virtutibus
 congruebat: quare falsa est maior argumenti. Mi
 nor etiam argumenti falsa est, quo ad illam partem,
 aut ad aliquem alium finem: bonum enim humani
 tatis ac proinde Christi quatenus homo, in eo po
 situm est ut perfectiones ordinis naturalis ad ani
 mam pertinentes habeat modo naturali, sicut eas
 quæ sunt ordinis supernaturalis habuit modo su
 pernaturali. *Ad primam confirmat.* negatur sequela:
 quia Adam creatus fuit in ætate adulta, in qua oc
 currunt virtutum exercitia: & in eodem instanti
 habuit scientias omnes acquisibiles infusas per ac
 cidens: eo quod esset Pater & instructor totius hu
 manæ naturæ, neque habuerit scientiam beatam vel
 per se infusam, & ob eandem causam debuit ha
 bere virtutes omnes ordinis naturalis infusas per
 accidens: cum enim non esset impeccabilis, debuit
 vnde quæq; virtutum omnium tam per se infusa
 rum quam ex suo genere acquisibilium præsidio
 præmuniri: Christus autem ut homo neque crea
 tus est in adulta ætate, neque tales scientias habuit
 infusas per accidens ob causam inferius assignan
 dam q. 9. a. 4. & ex vñione hypostatica erat impec
 cabilis: adeo ut seclusis etiam his virtutibus acqui
 sitis vires eius omnes in officio continerentur: &
 antequam ad eam ætatem peruenisset, quæ in aliis
 hominibus est apta peccato, virtutes omnes ha
 buit naturales suis actibus acquisitas. *Ad secundam*
confirmationem dico, Christum habuisse à principio
 omnes affectus optime dispositos iuxta modum
 ipsi pro illo instanti, vel tempore congruente: sed
 tunc nec erat necessaria nec illi congruebat dispo
 sitio, quæ fit per habitus virtutum ordinis natu
 ralis: sed ea tantum, quam facit vñio Verbi perso
 nalis in humanitate & gratia habitualis cum vir
 tutibus & donis supernaturalibus infusis.

Conf. 1.

Conf. 2.

CONTRA eandem concl. argum. Astur. *Primo:* Quia Obi. 1. cont.
 Christo tribuendū est id, quod est dignius & per
 fectius, sed Christo dignius fuit & perfectius has
 omnes virtutes per infusionem accipere, quam
 eas proprio labore & exercitio comparare: ergo:
 Maior patet. Minor probatur: quia morales virtu
 tes bonum faciunt simpliciter habentem: ergo ea
 rum defectus non potest ex suo genere non esse
 magna imperfectio Christo indecentissima, qua
 recompensationem non admittit ex illa perfectio
 ne, quæ consistit in eo, quod anima propriis offi
 ciis & actibus has sibi compararet virtutes. *Resp.* fal
 sam esse minorem. Ad probationem dico, ante
 cedens esse verum in eo subiecto, quod non habet
 altioris ordinis perfectiones, & virtutes, quibus
 constituitur in hoc: quod est esse bonum simpli
 citer: Christus autem ut homo, fit per se primo
 bonus simpliciter per gratiam vñionis, & gratiam
 habitualement & virtutes infusas supernaturales ad
 eam consequentes, & dona Spiritus sancti: & id
 eo per virtutes acquisitas non constituitur in esse
 bono

ad 1. conf.

ad 2. conf.

Obi. 1. cont.
 eand. concl.

Solut.

bono simpliciter id est absolute aut sine addito: ac proinde earum carentia ad tempus nulla in eo est imperfectio aut indecentia: sed est congruus ac decens ordo naturæ seruatus absque miraculo in hac parte minime necessario.

Secundo arguit: quia difficillime potuit Christo in breui tempore offerri occasio exercendi in officia & actus omnium moralium virtutum: ergo non posset nō per multum temporis intervallum his virtutibus carere, quæ esset magna imperfectio in Christi anima; igitur ut hanc imperfectiōnem evitemus, oportet concedere has virtutes Christi animæ fuisse per accidens infusas. *Respons.* falsum esse antecedens de actibus interioribus loquendo, quorum vnus si fuerit infusus, ad vnus habitus generationem potest sufficere, ut ante diximus.

Solut.

Obi. Vsq. *Cont. eandem concl.* hic ad 3. ait, ita in Christo has virtutes fuisse, ut in eo non fuerit continentia, hoc est status virtutis imperfectus & inchoatus: sic enim (inquit) accipit S. Tho. continentiam iuxta doctrinam Arist. 7. *Ethic. ca. 5.* ergo significat Christum has virtutes morales habuisse infusas à principio in gradu perfectio ac si eas longa exercitatione sibi comparasset. Probatur sequela: quia si decursu temporis eas acquisiuisset, lequeretur aliquādo eas in Christo fuisse in statu imperfecto: ac proinde non habuisse statum virtutis sed continentia. *Resp.* falsum esse D. Thom. & Arist. nomine continentia intelligere statum virtutis imperfectum & inchoatum: sed nomine continentia proprie & simpliciter loquendo S. D. intelligit habitum quandam laudabilem refrenantem concupiscentias vehementes, eas scilicet quæ sunt circa delectationes tactus, ut ait S. D. *in 2. 2. q. 155. a. 2.* ut ibi declarat optime Cai. Et quamvis eas Christus nō habuerit à principio, nunquam tamen in eo fuerunt secundum statum imperfectum: quia simul eas omnes propriis actibus interioribus acquisiuit, ut supra diximus.

Solut.

Obi. cont. s. concl.

Conf.

Solut.

ad conf.

Obi. 2.

CONTRA quintam concl. arguit post emæ sententia defensores. *Primo:* Nam ut Christus habeat omnes istas virtutes acquisitas in primo instanti suæ conceptionis, satis est si tunc habuerit actus & electioes interiores circa materiam omnium virtutum in tali intentione, quæ æquivaleret multiplicationi actuum, & deniceret in differentiam potentia: sed Christus potuit tunc habere omnes illos actus simul ordinatos ad obediendum Deo vel colendum illum, vel aliud huiusmodi: ergo tunc potuit acquirere omnes virtutes similes. *confirmatur:* Nam intellectus Christi ex scientia beata & infusa in primo instanti suæ incarnationis perficiebatur in suis naturalibus, ut posset habere actum perfectum naturalem circa omne obiectum scientiarum naturalium: ergo etiam fuit decens, ut voluntas Christi ex summa perfectione naturali quam habebat, perficeretur in suis naturalibus, ut eliceret actus naturales summe intensos & perfectos circa materiam omnium virtutum, ut per illos acquireret eas. *Resp.* falsam esse minorem: quia tunc intellectus assumptæ humanitatis nō habebat species acquisitas ad actus virtutum moralium acquisibilibus necessarias. *Ad confirmat.* negatur antecedens ob eandem causam: quia scilicet non erant in intellectu species acquisitæ talibus actibus eliciendis necessariæ.

Secundo arguit: quia debitum est debito decetia & congruum vnioni hypostaticæ, ut natura personali ter vnita Deo in nullo instanti sui esse careat summa perfectione possibili sibi connaturali habita modo perfecto & connaturali: sed hoc saluatur ponendo Christum in primo instanti ac-

quisiuisse suis actibus istas virtutes in summa sua perfectione: ergo. *Resp.* falsam esse minorem ob rationes superius assignatas, &c.

Obi. 1. cont. ult. concl.

CONTRA 1. inam concl. quo ad primam eius partem & pro sententia Suar. produci possunt hæc argumenta. *Primum* est: In Christo manet potentia peccandi secundum perfectionem, quam dicit scilicet ut est voluntas, licet non maneat quo ad imperfectiōnem, quam importat ut potentia peccandi: ergo pœnitentia poterit in Christo manere non quo ad imperfectiōnem quam supponit, sed quo ad actus qui nō dicunt imperfectiōnem, ut odium peccati & voluntas satisfaciendi pro nostris peccatis. *Resp.* nullam esse consequentiam, quia pœnitentia secundum essentialem suam rationem specificatur à peccato proprio, quod simpliciter repugnat Christo: id vero quod in nobis est potentia peccandi scilicet liberum arbitrium, secundum intussecam sui rationem non specificatur à peccato sed ab indifferencia actionis, quæ non repugnat Christo.

Solut.

Secundum est: Si Christus assumeret humanitatem alterius iusti habentis pœnitentiam, non tolleretur illam ex vi vnionis: ergo potest habere illam. *Resp.* falsum esse antecedens: Quia sicut in illo casu desinerent esse in ea humanitate fides, spes, potentia peccandi & fomes peccati, eo quod hæc repugnent Deo homini & beato, ita desineret etiam pœnitentia propter incapacitatem subiecti.

Obi. 2.

Solut.

Tertium est: Ut Christus habeat donum timoris, satis est ut eius humanitas secundum se possit peccare, licet ex vnione ad Verbum sit incapax peccati, ut ait Cai. *infra art. 6.* ergo idem sufficere ut habeat pœnitentiam. *Resp.* nullam esse consequentiam, quia non est eadem ratio: nam in Christo manet actus doni timoris circa primum illius obiectum, & actus est subicere suam paruitatem eminentiæ diuinæ sed actus pœnitentiæ primum, qui est circa peccatum propriū, non potest Christo conuenire.

Obi. 3.

Solut.

Ultimum argum. est: Christus potuit habere hunc actum conditionalem: dolerem & satisfacerem pro proprio peccato si haberem illud: sed hic actus sufficit ad habendam virtutem pœnitentiæ: ergo. Maior probatur: quia ille actus non dicit aliquam imperfectiōnem repugnantem Christo. Minor vero probatur primo: quoniam ut ait Aristot. in *Ethicis*, in homine studioso est verecundia: quæ sic est dispositio, ut verecundaretur, si haberet actum in malum. *Resp.* duplices esse actus conditionales: nam quidam sunt de obiecto simpliciter possibili: quod tamen est impossibile secundum quid inue ex suppositione, & hi sufficiunt ad virtutem, & tales sunt actus de quibus loquitur Arist. in *Ethicis*: solum enim sunt impossibiles ex suppositione status: alii vero sunt actus conditionales de obiecto simpliciter impossibili alicui, & hi non sufficiunt ad virtutem: & ideo per tales actus non generatur, neque præsupponitur in Angelis temperantia, neque in hominibus iustitia erga Deum commutativa. Cum igitur actus pœnitentiæ respectu proprii peccati sit simpliciter Christo impossibilis: quia peccare non potest: consequens est ut nec locum habere valeat in eo virtus pœnitentiæ.

Obi. 1. vlt.

Solutio.

ARTICVLVS III.

Verum in Christo fuerit fides.

Ad tertium sic proceditur. *Videtur* quod in Christo fuerit fides. Fides enim est nobilior virtus, quam virtutes morales: puta temperantia, liberalitas. Huiusmodi autem virtutes fuerunt in Christo, ut dictum est. Multo ergo magis fuit in eo fides.

Inf. art. 4. eo. & ar. 3. ad 2. & ar. 9 ad 1. & 1. 2. q. 65 ar. 5. ad 3. & 3. d. 13 q. 1. ar. 2. q. 1. ad 1. & d. 36. ar. 2. ad 3. & 3.